



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Non agit insidiosè.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

la sit, sed quia dolemus eum nobis antecel-
lere. Ut Cain, Saul, Chore, Datan, Abi-
ron, Imo & Aaron & soror accenduntur
æmulatione. Id malum proximè oritur ex
superbia, quæ amorem nostri prima comi-
tatur. Singuli enim uolumus antecellere
alios, & esse Dei similes, ut inquit Serpens
ad Euam. Ideo tollere eos conamur, qui
uidentur anteferri. Hoc uicum nomina-
tur æmulatio & inuidentia. Hinc illa dicta
sunt: Omnis cura uiris, uter esset in-
duperator. Item Cicero, Labes est
seculi, inuidere uirtuti.

Ἄγαπη δὲ πρεσβεῖτι.

Non agit insidiosè.

Æmulationi & inuidentiae proximum
est insidiari, quod est arte alios pel-
lere aut tollere, sicut Pericles arte expulit
Cimonem. Et Aeschines conabatur ex-
pellere Demosthenem, & usitatum est non
solum aulicis, sed & concionatoribus, in-
uenire τέχνας ad extrudendos collegas,
ut Maximus arte extrudit Gregorium
Nazianzenum. Græci usurpant uocabu-
lum πρόποδοι de Cercopibus, qui cum es-
sēnt

I. EPISTOLA AD

sent latrones, singulari astutia uiatores op-
primebant. Quare nocabuli significatio
petulantiam & insidias complectitur. No-
men Perperi extat in explicacione Prouer-
apud Erasmū: In Melampygum ne incida
οὐ φυσιστη.

Non inflatur.

SI ordinem uiciorum consideres, p-
sum est Superbia, id est, admiratio su-
præferens sese cæteris, quia in hac depra-
uatione naturæ homines sese plurimum
amant, sua dona mirantur, & se ab alijs ma-
gnificeri & coli postulant, & uolunt esse illi-
cuit Dñ, ut inquit Serpens ad Euam. Et
hac superbia sequuntur odia aduersus eos,
qui uidentur nos obscurare. Et cum hoc
repellere conamur, magnæ contentiones
& dissidia oriuntur. Hic ordo uiciorum
facilē intelligi potest. Prius autem Paulus
de illis manifestis uicij locutus est, que
magis conspici possunt, & ex superbia ori-
untur, de cupiditate vindictæ, de moro
tate, quæ est opposita lenitati, & de insidiis.
Nunc de radice loquitur. Ait dilectionem
non inflari, id est, alienam esse à superbia
& fastu despiciente alios, & quasi regnum
in alios exerceente, qui est malum tyranni-
cum, etiam cum præterea non accedit la-

ciā. T
tem ses
regnun
sius es
sus alio
xander
lo ped
ria insi
lis in
mediu
torem
usq; h
gestu
Est au
sele al
confe
serior
serui
in Cy
fimo
erunt
ferreri
tecell
SV
et i
uicij